Sit omnibus manifestum quod Ego Martinus de plano filius Petri de plano et Benvenguti eius uxoris quondam diffunctorum de Castano dioc. Gerunde non in aliquo coactus set
gratis et ex certa sciencia per me et meos ex causa donationis pure libere simpliciter et irrevocabiliter inter vivos dono vobis Narcisso [illegible] de dicto loco de Castano presenti et vestris
imperpetuum quendam mansum vocatum Mansum de plano latinum cum omnibus eius tenedonibus et pertinenciis quem in parrochia dicti loci de Castano habeo iure hereditario Arnaldi de plano fratris
mei quondam cuius sum heres universalis. Qui ipsum habuit iure hereditario dicti Petri de plano patris mei et sui quondam. Qui ipsum sibi heredem universalem instituit in suo ultimo testamento
et tenetur dictus mansus per monasterio dominarum Sancti Danielis Gerunde cum eschalodium ad censum agrarium prout in cartis antiquis inde confectis continetur quod agrarium vos et vestri anno
solvatis et solvere teneamini de vestro proprio sine dampno et missione mei et meorum. Et affrontat dictus mansus et includitur sub affrontacionibus contentis et expressatis in dictis instrumentis antiquis. Item
dono vobis et vestris imperpetuo titulo supradicto omnia alia bona et iura mobilia et immobilia et tam corporalia quam incorporalia que habeo et habere debeo et nomine meo consentio. tam in termino ville
de Castano quam in aliis quibuslibet locis Catalonie per quibuscumque dominis teneantur et habeo tam iure parentum deorum parentum meorum quam iure successionis dicti Arnaldi de plano fratris mei quam
quam aliis causis titulis et racionibus quibuscumque. Dans et cedens vobis et vestris omnia loca iura voces et actiones reales et personales utiles et directas michi competentes et competere debentes in dictis
bonis et adversus quascumque personas ipsa bona vel aliquid de ipsis detinentes causis et titulis quibuscumque. Quibus iuribus locis vocibus et racionibus supradictis possitis amodo vos et
vestri uti agere excercere experiri excipere replicare et triplicare consequi vos quod tueri et omnia facere in iudicio et extra que per me facere possent ante huiusmodi instrumenti confeccionem. Cons
tituens vos in predictis dominum et procuratorem in rem vestram propriam et vos in totum meum locum ponens. Mandans tenore huiusmodi instrumenti vicem epistole gerentis omnibus et singulis personis
aliquid de predictis bonis detinentibus quod de ipsis bonis et de toto iure meo in ipsis pertinenti ut est dictum vobis respondeant et ea vobis et vestris tradant et deliberent tamquam michi. Quorum
rerum possessionem corporalem et quam vos possitis accipere vel aliquis pro vobis quandocumque volueritis et ego vobis et vestris licenciam et auctoritatem dono. Interim vero constituo predicta que vobis
dono vestro et vestrorum nomine possidere et quam ad habendum tenendum expleytandum possidendum dandum vendendum distrahendum et alienandum et inde faciendum vestras omnimodas
voluntates. Salvo tamen imperpetuo iure dominio et fatica dicti Monasterii dominarum Sancti Danielis Gerunde et suorum successorum et salvo censu et iure aliorum dominorum per quibus dicta bona vel aliquid
de ipsis teneantur et suorum prout in contractibus antiquis inde factis continetur. Quam quidem donationem et meorum iurium cessionem et alia omnia et singula supradicta promitto imperpetuo rata et firma habere
tenere et observare et non contrafacere aliqua racione. Sub obligatione omnium bonorum meorum ubique habitorum et habendorum. Renuncians omnibus iuribus et legibus contra hec venientibus et specialiter
legibus illis per quas donationes causa ingratitudinis revocantur et ea expresse renuncio legi illi dicenti donationem excedentem summam quingentorum aureorum sine insinuacione
iudicis ordinarii non valere. Et ut predicta pleniori gaudeant firmitate iuro sponte corporaliter ad sancta dei quatuor euangelia coram me posita predicta non venire aliqua racione. Actum
est hoc Mauricii Septimo kalendas Febroarii anno domini Millesimo. CCC. Tricesimo octavo. Signum Martini de plano predicti. Qui hec laudo concedo et firmo.

Testes inde sunt. Guillelmus de villari. Thomasius sartoris Petrus Ferarii Et Petro Regalis.

Sig + num [illegible] Navarre notarii publici Mauricii Qui hec scribi fecit et clausit cum suprascripto in linea ultima ubi dicitur octavo.

Nº. 164, Lliga 22 (index - p. B)

Cassà de la Selva
Mas Pla Latiner.

Donacio del Mas Pla de Cassa feta per Marti Pla a Narcis Meró de dit lloch salvans la directa senyoria per St. Daniel. A 26 janer 1338 (9)

26-1-1339

Donatio del mas Pla de Cassa feta per marti de Plano de dit lloc Narcis Mero de dit lloc la directa Sra. per S. Daniel.

Nº. 2. del Plech Primer de [illegible]

n.º 724

AC f. 179 v

752

T. 360 x 324

[illegible] Selva

[illegible]